



PRÆCIPVA-
RVM HASSIÆ CIVITA-
TVM, CASSELLANÆ ET MAR-
purgensis, Amplissimis, Clarissi-
mis, Consultissimis, spectatæque au-
toritatis & prudentiæ viris, Dominis
Consulibus ac Senatoribus, Dominis
suis obseruandis, Rod. Goclenius
D.precatur prosperitatem
summam.

V A M ferum ac crudele
malum sit pestis, viri
amplissimi ac pruden-
tissimi, elapso anno
1611. post mille quadringentos
breui temporis interuallo, proh
dolor, ad sepulcrum exportatos,
(:) 2 et-

DEDICATIO.

etiamnūc superstites possunt testari. Mense enim Augusto , & imprimis Septembri tanta erat luis sœ uitia & rabies , vt , si nec , summo fauente Numine , hiberno algore superueniente , nec remediis conuenientibus fuisset restincta , metus fuerit , ne mox reuiuiscente anni calore in immensam vastitatem pestifer hic fœtus exiliisset , quāuis præcipuas Hassiæ nostræ partes intactas non reliquerit . Ego mearum duxi esse partium , vt ordinarius ab Hyginea Diuina & Amplissimo Senatu Marpurgensi Loimiater designatus , si de peste in genere & specie , veris eius causis , signaturis , & symptomatibus , idq; publici boni causâ , aliquid consignarem ,

DEDICATIO.

rem, atq; in publicam lucem ede-
rem. Multi quidem de peste mul-
ta scripferunt, vlcus pestilens non
viderunt, non attigerunt vnquā.
O medicos! Sed vana magis illo-
rum iactantia est, qui certo reme-
dio se præseruare & percurare o-
mnes posse proclaimant, circum-
foraneorū more, qui circumfo-
rancis schedulis typis impressis,
veram medendi artem infamatu-
ri, nō sine vanitate hyperbolicōs
sua extollunt & magnificant,
mundumque misere decipiunt,
experimento per orbem manife-
sto. Sed de hac vanitate alibi. Pro-
digiosis mendaciis, & porten-
tolæ iactantiae boni & docti viri
non fauent. Vos viri Amplissi-
mi hunc meum laborem æqui

(:) 3 bo-

D E D I C A T I O .

boniq; consulite, hilarique fron-
te hanc Loimographiam accipi-
te, & contra maledicos tutamini,
defendite, vobisq; persuasum ha-
bete, me partim insigni vestra hu-
manitate in meipsum, partim be-
nevolentia & benefica semper in
familiam nostram propensione
impulsum, deniq; autoritatis et-
iam vestræ splendore adductum,
ut hunc librum vobis consecrarē.
Quare nō dubito, quin hæc meæ
voluntati satisfaciendi cupiditas
sit grata vobis futura. Bene felici-
terq; valete. Marp. 1612. 16. Oct.



IN